

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LXXIII. De comparatione peccatorum adinuicem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

**E**x omissione autem ignorantia, & negligētia, qua sunt spe-  
cies omissons: quia in huiusmodi peccatis interuenit omisso,  
vel cōscientia, vel confitū, vel sollicitudinis: omisso autem propriā  
speciem fortiter non ex actū, cui per accidētē annēctitur, sed ex  
proprio genere, etiam si nullus interueniat actus. Qui n. omit-

tit audītū. Mis̄am,  
vacans illa hora lu-  
di, non specificatur  
omisso ex actū lu-  
di, quia per accidētē  
iungunt omissons  
peccato, sed ex di-  
uitio culū, qui contra-  
riat omisso illa.  
Vnde in huiusmodi  
peccatis tantum ma-  
li est, quantum omis-  
sions secundum suas  
species habent. Sed  
hoc nihil est, quia  
peccata ista sunt pec-  
cata commissionis.  
Occidens enim ho-  
mīne improinde fa-  
gittando, dicens ma-  
lum proximo nō  
animō derahēdi, ab-  
solues ignoranter  
aliquē à peccato, vel  
censura, à qua non  
potest, & alia homīni  
non omittendo, sed  
committendo contrā  
legem peccant.

**A**d PRIMVM ergo dicendū,  
q̄ malum inquātū hm̄i, pri-  
uatio est: & ideo diuersificatur  
specie secundum ea, quæ priuan-  
tur, sicut & cetera priuationes:  
sed peccatum non fortiter spe-  
cie ex parte priuationis, vejauer-  
sionis, vt supra dictū est\*, sed ex  
cōuersione ad obiectum, actus.

**A**d SECUNDVM dicendum, q̄  
circūstātia nunquam transfert  
actūm in aliam speciē, nisi quā  
do est aliud motiu.

**A**d TERTIUM dicendum, q̄  
quād in diuersis speciebus gula  
diuersa sunt motiu, sicut di-  
ctum est\*.

**A** sagittatio est actus voluntarius periculosis, & debet fieri quan-  
do & ybi, si ut &c. oportet: quod ab improrido non feratur.  
Quando autem l. di aliquem contingit, lesio talis aggrauat actū  
iam malum, vt in q. seq. de nocimento aggrauante dicitur. Et eodem  
modo cū quis verba detractoria non detrahendo, sed otiose di-

cit, la fio famē proxi-

mi non specificat a-

ctūm, sed aggra-

uat. obligarque ad

restitutioñem ratio-

ne læsionis. Si quis

similiter ex ignoran-

tia absoluatur à quo

non potest, non est

reus illius actus, sed

improvidi, seu igno-

rantis actus quo ad

moralē specie: le-

cus autem videretur

quo ad poenas posi-

tuū iuriū: quoniam

iuriū dīpositiōnē stan-

dum est. Si enim ver-

bi gratia dicatur, Si

quis auferit, vel prae-

fūmpferit aboluere,

fit excommunicatus,

contra faciens ex

ignorantia, excusat

ur à poena: quia ex-

cultatur ab actū per

se formaliter & di-  
recte volito: quod

audacie, presumptio-

nis, & similiū no-

minū ratio insi-  
nuat. Si vero dicatur

Si quis absolu-

rit, incidere videat

in Canonem, eo q̄

sicut potest ius positi-

tuū poenam pone-

re excommunicatio-

nis actū, etiam de se

non illicito, vt patet

de religiōis inducen-

tibus ad sepulchra-

rum &c. multo mag-

gis potest excommu-

nicare, pro actū illi-

cito, qualis est actus

voluntarius ex culpa

etiam venialiter

ignorantia. Reponen-

do sicut igitur pecca-

dūt. 18. q. 2.

artīcu. 5. q. 3.

ad 2.

**Q**VAEST. LXXIII.

**D**e comparatione peccatorum adiu-

**D**E INDE considerandum

**est de comparatione**

**peccatorum adiu-**

**cem.**

**E**T CIRCA hoc queruntur

**decem.**

**P**rimo, Vtrum omnia pecca-

ta, & uitia sint connexa.

**T**Secundo, Vtrū oīa sint paria.

**T**ertiō, Vtrū grauitas peccato

rum attēdatur secundū obiecta.

**Q**uarto, Vtrum secundū di-

gnitatem uitutum, quibus pec-

cata opponuntur.

**Q**uinto, Vtrum peccata car-

nalia sint grauiora, quam spiri-

tualia.

**S**exto, vtrum secundū cau-

tas peccatorum attendatur gra-

uitas peccatorum.

**S**eventimo, Vtrum secundū circūstātias.

**O**ctauo, Vtrum secundū quantitatē documenti.

**N**ono, Vtrum secundū cōdi-

cionem personæ, in quam

peccatur.

**D**ecimo, Vtrum pp magnitu-

dinem personæ peccantis aggra-

uetur peccatum.

**A**RTICULVS PRIMVS.

**V**trum omnia peccata sint connexa.

**D**PRIMVM sic proceditur.

**A** Videtur q̄ omnia peccata

sint cōnexa. Dicitur. n. Iacobi. 2.

**t**ain solis speciebus suorum per se obiectorum formaliter & direc-

te volitorum. Annexa autem & materialiter concurrence ag-

grauat quidem, ip̄cificare autem non possunt. Sed nec hoc fa-

tisfacit: quoniā in rebus in idem cum dicibut, quid tan-

tum est hoc peccatum, quantum omisso, seu negligētia &c. me-

rit. folia enim maiori grauitate differentiam cōstituunt falatu-

rum quod committere dicitur, scilicet, q̄ tales sunt homicida &

huiusmodi: quia ergo de ignorantia inferius erit ex propōstro

tratus. & ex illa hinc pendet, illuc vñque solutio difficultatis

hinc differatur. Hac autem exercebitur ingenium.

**Super Questionem septuaginta terciam.**

**E**IN questione septuaginta terciam vñque ad septimum articu-

lum inclusiū nihil feceritū occurrit, nisi quid in quarto

articulo responsio ad tertium non te fallat in questione felici-

tatē: an confitārē in actū voluntaria, eo quid pessimum cum oppo-

natur optimum. & oīum Dei sit pessimum, & amor charitatis

optimum, & felicitas confitārē in optimo, in amore erit felici-

tas. Propositio namque dicens, quid pessimum optimo con-

trarium est, in tali giurū in rebus habentibus contrariū in caren-

tibus autem contrarietate, non habet locum. Vnde lumen glo-

riæ quid caret contrario, non propter esse definit esse melior ha-

bitus: quam sit charitas: immo hoc ipsum, quid est esse talem ha-

bitum disponet ad deitatem abique contrarietate, videtur

sua excellētia artefari, quasi propinquissime se habeat ad dei-

tatem, cui non est fas cogitare contrarium.

## ARTIC. I.

QVAEST. LXXII.

Quicunq; totam legem seruauerit, offendat autē  
in vno, factus est oīum reūs: sed idem est esse reū  
Omnium mādatorum legis, qd habere omnia pec-  
cata: quia sicut \* Ambros. dicit, peccatum est tran-  
sgressio legis diuinæ & cœlestiū inobedientia man-  
tū. Et hoc est quicunq; peccat in vno, peccato

**¶ 2** Præt. Quodlibet peccatum excludit virtutem

q. 65. arti. 1. sibi oppositam: sed qui caret una virtute, caret omnibus, ut patet ex <sup>1</sup> supradictis. ergo qui peccat uno peccato, priuat omnibus virtutibus: sed qui caret uirtute, habet uitium sibi oppositum. ergo qui habet unum peccatum, habet omnia peccata.

q. 65. art. 1. ¶ 3 Praet. Virtutes omnes sunt connexæ, quæ con-  
sec. 2.ueniunt in uno principio, ut \* supra habitum est:

led sicut virtutes conueniunt in uno principio, ita & peccata: quia sicut amor Dei, qui facit ciuitatem Dei, est principium, & radix omnium virtutum: ita amor sui, qui facit ciuitatem Babylonis, est radix omnium peccatorum, ut patet per Aug. 14.\* De ciuitate Dei. ergo etiam omnia iustitia, & peccata sunt connexa, ita ut qui unum habet, habeat omnia.

**CAP. 8. TO. 5.** SED CONTRA. Quædam uitia sunt sibi inicem contraria, ut patet per Philosophum in 2. \* Ethic. sed impossibile est contraria simul inesse eidem. ergo impossibile est omnia peccata, & uitia sibi esse inicem conexa.

RESPON. Dicendum, q̄ aliter se habet intentio agentis secundum uirtutem ad sequendum rationem, & aliter intentio peccantis ad diuertendum à ratione. Cuiuslibet n. agentis secundum uirtutem intentio est, ut ipsius rationis regulam sequatur: & ideo oīum uirtutum intentio in idem tedit: & pp̄ hoc omnes uirtutes habent connexionem adiuicem in ratione recta agibilium, quā est prudentia, sicut \* supradictum est: sed intentio peccantis non est ad hoc, q̄ recedat ab eo quod est secundum rationem, sed potius quōd tendat in aliquod bonū appetibile, à quo speciem fortitur. Huiusmodi autē bona, in qua tendit intentio peccantis à ratione recessens, sunt diuersa, nullam d' connexionem habētia adiuicem: immo ēt interdum sunt contraria. Cum igitur uitia, & peccata speciem habeant secundum illud ad quod conuertuntur, manifestum est, quōd secundum illud, quod perficit speciem peccatorum, nullam connexionem habent peccata adiuicem. Non enim peccatum committitur in accedendo à multitudine ad unitatem, sicut accedit in uirtutibus quā sunt connexæ, sed potius in recedendo ab unitate ad multitudinem.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quid Jacobus loquitur de peccato non ex parte conuersionis, secundum quod peccata distinguuntur, sicut \* dictum est: sed loquitur de eis ex parte auersionis, in quantum s.h.o peccando recedit a legi mandato. Omnia autem legis mandata sunt ab uno & eodem, ut ipse ibidem dicit: & ideo idem Deus contemnit in omni peccato: & ex hac parte dicit, quid qui offendit in uno, factus est omnium reus: quia scilicet uno peccato peccando incurrit poenitentiam ex hoc, quid contemnit Deum, ex cuius contemptu prouenit omnium peccatorum reatus.

q. 72. arti. 4. AD SECUNDVM dicendum, quod sicut \* supra dictum est, non per quemlibet actum peccati, tollitur uirtus opposita. nam peccatum ueniale uirtutem non tollit; peccatum autem mortale tollit uitatem infusam, in quantum auerterit à Deo. sed unus actus peccati etiam mortalis, non tollit habitum uirtutis acquisitam; sed si multiplicantur actus, in-

F tantum quod generetur contrarius habitus, excluditur habitus uirtutis acquisitae, qua excita excluditur prudentia; quia cum ho agit contra quamcumque uirtutem, agit contra prudentiam, sine qua nulla uirtus moralis esse potest, ut \* supra dictum est. & ideo per consequens excluduntur canes uirtutes morales quantum ad perfectum, & non male esse uirtutis, quod habent secundum quod participant prudentialiam; remanent tamen inclinationes ad actus uirtutum non habentes rationem uirtutis. Sed non sequitur, quod propter hoc homo incurrit omnia uitia, vel peccata. Primo quidem, quia uni uirtuti plura uitia opponuntur, ut quod uirtus potest priuari per unum eorum, etiam si alterum eorum non adsit. Secundo, quia per dictum directe opponitur uirtuti, quantum ad incognitionem uirtutis ad actum, ut \* supra dictum est. Unde remanentibus aliquibus inclinationibus uer tuosis, non potest dici, quod homo habeat uitia, vel peccata opposita.

AD TERTIVM dicendū, q̄ amor Dei est con-  
gatiuus, inquantū affectū hominis à multis duc-  
in unum: & ideo uirtutes, quæ ex amore Dei cō-  
santur, connexionem habent. Sed amor sui dilig-  
eūt affectū hominis in diuersā, prout. Homo si  
amat appetendo sibi bona temporalia, quæ sunt ua-  
ria, & diuersa, & ideo uiria & peccata quæ cau-  
tur ex amore sui, non sunt connexa.

A R T I C V L V S II.

*Vtrum omnia peccata sint paria.*

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Vf quid oia per  
ata sunt paria. Hoc n. peccare est, facere quod  
non licet; sed facere quae non licet uno & eodem  
modo in omnibus reprehendit. ergo peccare  
uno & eodem modo reprehenditur, non enim  
unum peccatum est alio grauius.

**I** ¶ 2. **Pret.** Omne peccatum consistit in hoc, quod transgreditur regulam rationis, quae ita se habet ad actus humanos, sicut regula linearis in corporalibus. Ergo peccare simile est ei quod est lineariter filire; sed lineas transfilire est equaliter, & uno modo etiam si aliquis longius recedat, vel propinquaverit, quia priuationes non recipiunt magis, uel minus. ergo omnia peccata sunt aequalia.

¶ 3 Præt. Peccata uirtutibus opponuntur: sed carnes uirtutes æquales sunt, ut \* Tull. dicit in paradoxis. ergo omnia peccata sunt paria.

**SED CONTRA** est, quod Dominus dicit ad Pilatum.  
Io. 19. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.  
& tamen constat quod Pilatus aliquod peccatum  
habuit. Ergo unum peccatum est maius alio.

K RESPON. Dicendum, q̄ opinio Stoicorum  
quam \* Tullius prosequit in Paradoxis, q̄ omni-  
peccata sunt paria. Et ex hoc ēt deriuatus est quo-  
dam haereticorum error, qui ponentes oīa peccata  
ēste paria, dicunt ēt oēs penas inferni esse paries.  
quantum ex uerbis Tullij perspici pōt, Stoici dico-  
bantur ex hoc, q̄ considerabant pētū ex parte p-  
uationis tantum, priout. I. est recepliū à ratione. v. 16  
de simplr. & stimantes, q̄ nulla priuatio suscipitur  
magis & minus, posuunt oīa peccata esse para-  
Sed si quis diligenter consideret, inueniet dubiu-  
priuationū genus. Est. n. quædā simplex, & pte-  
uatio, quę cōsistit quasi in corruptiū esse; sicut mo-  
est priuatio vita, & tenebra est priuatio lumini-  
& tales priuationes non recipiunt magis & m-

nus: quia nihil residuum est de habitu opposito. vñ de non minus est mortuus aliquis primo die mortis, & tertio, uel quarto, quam post annum, quando iam cadaver fuerit resolutum. Et similiter non est magis tenebrosa domus, si lucerna sit operta pluribus uelaminibus, quam si sit operta uno solo uelamine, ne totum lumen intercludente. Est autem alia priuatio non simplex, sed aliquid retinens de habitu opposito, quæ quidem priuatio magis consistit in corrumpi, quam in corruptu esse: sicut ægritudo, quæ priuari debet commensurationem humorum, itam quæ aliquid eius remaneat, alioquin non remaret animal uitium. & simile est de turpitudine, & alijs huiusmodi. Huiusmodi autem priuationes recipiunt magis & minus ex parte eius, quod remanet de habitu contrario. Multum enim referit ad ægritudinem, uel turpitudinem, utrum plus, uel minus à debita commensuratione humorum, uel membrorum recedatur. Et similiter dicendum est de uitis, & peccatis; sic enim in eis priuatur debita commensuratio roris, ut non totaliter ordo roris tollatur, alioquin malum si sit integrum, destruit seipsum, vt \* dicitur in 4. Eth. Non enim posset remanere substantia actus, vel affectio agentis, nisi aliquid remaneret de ordine rationis, & ideo multum interest ad grauitatem peccati, utrum plus, uel minus recessatur à rectitudine rationis. Et secundum hoc dicendum est, quod non omnia peccata sunt paria.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod peccata committere non licet propter aliquam deordinationem quam habet, unde illa, qua maiorem deordinationem continet, sunt magis illicita, & per consequēt grauiora peccata.

AD SECUNDVM dicendum, quod ratio illa procedit de peccato, ac si esset priuatio pura.

AD TERTIVM dicendum, quæ virtutes sunt æquales proportionaliter in uno & eodem, tamen una virtus præcedit alijs dignitate secundum suam speciem unus etiam homo est alio virtuosior in eadem specie virtutis, ut \* supra habitum est. Et tamen si virtutes essent pares, non sequeretur uitia esse paria, quia virtutes habent connexionem, non autem uitia, seu peccata.

## ARTICVLVS III.

Vtrum grauitas peccatorum uarietur secundum obiecta.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod peccatorum grauitas non uarietur secundum obiecta. Grauitas enim peccati pertinet ad modum, uel qualitatem ipsius peccati, sed obiectum est materia ipsius peccati. ergo secundum diuersa obiecta, peccatorum grauitas non uariatur.

\* Præt. Grauitas peccati est int̄sio malitia ipsius, peccatum autem nō habet rōnem malitia ex parte cōuersioneis ad propriū obiectū, quod est quoddā bonum appetibile, sed magis ex parte auersionis. ergo grauitas p̄tōrum nō uariat s̄m diuersa obiecta. \* Præt. Peccata, quæ habent diuersa obiecta, sunt diuersorum generum, sed ea quæ sunt diuersorum generum, non sunt comparabilia, ut probatur in 7. Phyl. \* ergo unum peccatum non est grauius altero secundum diuersitatem obiectorum.

SED CONTRA. Peccata recipiunt speciem ex obiectis, ut ex \* supradictis patet, sed aliquorum peccatorum unum est grauius altero secundum suam speciem, sicut homicidium furto. ergo grauitas peccatorum differt secundum obiecta.

A RESPON. Dicendum, quod sicut ex \* supradictis patet, grauitas peccatorum differt eo modo, quo una ægritudo est alia grauior. Sicut enim bonum sanitatis consistit in quadā commensurazione humorū per conuenientiam ad naturam animalis, ita bonū uirtutis consistit in quadā cōmenturatione humani actus s̄m conuenientiam ad regulā rationis. Mafestum est autem, quod tanto est grauior ægritudo, quanto tollitur debita humorū commensuratio per cōmensurationē prioris principijs, sicut ægritudo, q̄ puenit in corpore humano ex corde, quod est principium uitæ, uel ex aliquo qd appropinquat cordi, periculosior est. unde oportet ēr quod peccatum sit tanto grauius, quanto deordinatio contingit circa aliquod principiū, quod est prius in ordine rationis. Ratio aut ordinat oīa in agibilibus ex fine, & ideo quanto peccatum contingit in actibus humanis ex altiori fine, tanto p̄t̄m est grauius. Obiecta aut actuum sunt fines eorum, ut ex \* supradictis patet, & ideo s̄m diuersitatem obiectorū attendit diuersitas grauitatis in peccatis, sicut patet quod res exteriōres ordinant ad hominē, sicut ad finem, homo aut ordinatur ulterius in Deū, sicut in finē. Vnde p̄t̄m, quod est circa ipsam substanciali hominis, sicut homicidiū, est grauius p̄t̄m, quod est circa res exteriōres, sicut furtum. & adhuc est grauius p̄t̄m quod immedieate contra Deū cōmititur, sicut iniurias, blasphemia, & homōi. In ordine quorū libertatium peccatorū, unum p̄t̄m est grauius altero. secundum quod est circa aliquid principiū uel minus principale. Et quia a p̄t̄ habent speciem ex obiectis, dīria grauitatis, quæ attendit penes obiecta, est prima & principialis, quasi consequēs speciei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectum est si materia circa quam terminatur actus, habet tamen rationem finis, secundum quod intentio agentis fertur in ipsum, ut \* supra dictum est, formatur autem actus moralis dependet ex fine, ut ex superioribus \* patet.

AD SECUNDVM dicendum, quod ex ipsa indebita conuersione ad aliquod bonum commutabile, sequitur auersio ab incommutabili bono, in qua perficitur ratio mali, & ideo oportet, quod secundum diuersitatem eorum quæ pertinent ad conuersionē, sequatur diuersa grauitas malitiae in peccatis.

AD TERTIVM dicendum, quod omnia obiecta humanorum actuum habent ordinem adiuicem, & ideo omnes actus humani quodammodo conueniunt in uno genere, secundum quod ordinantur ad ultimum finem, & ideo nihil prohibet omnia peccata esse comparabilia.

## ARTICVLVS IV.

Vtrum grauitas peccatorum differat secundum dignitatem virtutum, quibus opponuntur.

E AD QUARTVM sic proceditur. Vñ quod grauitas p̄t̄rum non differat secundū dignitatē virtutum, quibus p̄t̄ opponuntur, ut s̄. maior iuriuti grauius p̄t̄ opponatur, quia, ut dicitur Pro. 15. In abundanti iustitia uirtus maxima est. sicut autem dicit Dominus Matt. 5. Abundans iustitia cohibet iram, quæ est minus peccatum quam homicidiū, quod cohibet minor iustitia. ergo maxime uirtuti opponitur minimum peccatum. \* Præt. In 2. Eth. \* dicit, quod uirtus est circa difficultatem, & bonum: ex quo uidetur, quod maior uirtus sit circa magis difficile, sed minus est peccatum si homo

2.1. q. 30. art.  
3. & q. 116.  
art. 2. cor. &  
q. 119. art. 3.  
cor. & mal.  
q. 3. art. 10.

Cap. 3. circa  
faciem. ro. 5.

### QVAEST. LXXIII.

mo deficit in magis difficulti, quām si deficit in minus difficulti, ergo maiori uirtuti minus peccatum opponitur.

**T**3 Prat. Charitas est maior uirtus, quām fides, & spes, ut dicitur 1. ad Cor. 13. Odium autē quod opponitur charitati, est minus peccati quām infidelitas, uel desperatio, quae opponuntur fidei, & spei. ergo maiori uirtuti opponitur minus peccatum.

**S**ED CONTRA est quod Philosophus dicit in 8. Eth. \* quod pessimum optimo cōtrarium est, optimū autem in moralibus est maxima uirtus: pessimum autem grauiſſimum peccatum. ergo maxima uirtuti opponitur grauiſſimum peccatum.

**R**ESPON. Dicēdum, quod uirtuti opponitur ali quod peccatum, uno quidem modo principaliter, & directe, quod scilicet est circa idem obiectum, na contraria circa idem sunt, & hoc modo oportet, q̄ maiori uirtuti opponuntur grauius peccati. Sicut n. ex parte obiecti attendit maior grauitas peccati, ita ēt maior dignitas uirtutis. utrunq; n. ex obiecto spe ciem sortitur, ut ex supradictis patet. \* vnde oportet, q̄ maxima uirtuti directe cōtrarietur maximū pēccati, quāsi maxime ab eo distat in eodem genere. Alio modo potest cōsiderari oppositio uirtutis ad peccatum s̄m quandam extēsionem uirtutis cohibentis peccatum. Quāto enim fuerit uirtus maior, tanto magis elongat hominem à peccato sibi contrario, ita q̄ non solum ipsum peccatum, sed etiam inducētia ad peccatum cohibet. Et sic manifestum est, q̄ quanto aliqua uirtus fuerit maior, tanto etiā minora peccata cohibet: sicut etiam sanitas quanto fuerit maior, tanto etiam minores discep tias excludit. & per hunc modum a maiori uirtuti minus peccatum opponitur ex parte effectus.

**A**D PRIMVM ergo dicēdum, quod ratio illa procedit de oppositione, quae attendit secundum co habitionem peccati: sic enim abundans iustitia etiā minora peccata cohibet.

**A**D SECUNDVM dicēdum, quod maiori uirtuti, q̄ est circa bonum magis difficile, cōtrariatur directe peccatum, quod est circa malum magis difficile. Vtrobique enim inuenit quādam eminentia ex hoc, quod ostendit uoluntas proclivior in bonū, uel in malū ex hoc, quod difficultate nō uincitur.

**A**D TERTIVM dicēdum, quod charitas non est quicunque amor, sed amor Dei: unde non opponitur ei quocunque odium directe, sed odium Dei, quod est grauiſſimum peccatorum.

#### ARTICVLVS V.

Vtrum peccata carnalia sint minoris culpa, quām spiritualia.

**A**D QVINTVM sic procedit. Vñ quod peccata carnalia nō sint minoris culpa, q̄ peccata spiritualia. Adulterium, n. grauius peccatum est, q̄ furtum, dicitur n. Pron. 6. Non grandis est culpa cui quis furatus fuerit: qui autem adulter est, propter cordis inopinat perdet animam suam: sed furtum pertinet ad avaritiam, quae est peccatum spirituale: adulterium autem ad luxuriam, quae est peccatum carnale. ergo peccata carnalia sunt maioris culpa.

**T**2 Prat. Aug. dicit super Leuit. quod diabolus

maxime gaudet de peccato luxurie, & idololatriæ:

sed de maiori culpa magis gaudet. ergo cum luxuria sit peccatum carnale, uidetur quod peccata car-

nalia sint maxima culpa.

**T**3 Prat. Philosophus probat in 7. Eth. † quod in continens concupiscentia est turpior, quām inconti-

nens ira, sed ira est peccatum spirituale, secundum Greg. 31. Moralium. \* concupiscentia autem per-

### ARTIC. V.

Fint ad peccata carnalia. ergo peccatum carnale est grauius, quām peccatum spirituale.

**S**ED CONTRA est, quod Greg. \* dicit, quod peccata carnalia sunt minoris culpa, & maioris sunt miā quām spiritualia.

**R**ESPON. Dicēdum, quod peccata spiritualia sunt maioris culpa, quām peccata carnalia, quod non est sicut intelligendum, quasi quodlibet peccatum spirituale sit maioris culpa, quilibet peccato carna li, sed quia considerata hac sola differentia spiritu alitatis, & carnalitatis, grauiora sunt quām certa peccata ceteris paribus, cuius ratio triplex potest affi gnari.

Prima quidem ex parte subiecti, nam peccata spiritualia pertinent ad spiritum, cuius est cōuer

tia Deū, & ab eo auerti: peccata vero carnalia con summantur in delectatione carnali appetitus, ad

quem principaliter pertinet ad bonum corporis conuerti, & ideo peccatum carnale in quantum in

inīsmodi, plus habet de conuersione, propter quod etiam est maioris adhäsionis: sed peccatum spiritu

le habet plus de auctorione, ex qua p̄cedit ratio culpa: & ideo peccatum spirituale in quantum huiusmodi, est maioris culpa. Secunda ratio potest sumi ex parte eius, in quem peccatur: nam peccatum carna le, in quantum huiusmodi, est in corpus propri

quod est minus diligendum secundum ordinem charitatis quām Deus & proximus, in quos pecca

tur per peccata spiritualia: & ideo peccata spiritu

lia in quantum huiusmodi, sunt maioris culpe. Tertia ratio potest sumi ex parte motu, quia quāsi etiā grauius impulsuum ad peccandum, tanto homo

minus peccat, ut infra dicitur. \* peccata asti carni lia habent uechementius impulsuum, ipsam conci

pſentiam carnis nobis innatā, & ideo peccata spi

ritualia, in quantum huiusmodi, sunt maioris culpa.

**A**D PRIMVM ergo dicēdum, quod adulterium non solum pertinet ad peccatum luxurie, sed etiam

pertinet ad peccatum iniustitiae, & quādam ad hoc potest ad avaritiam reduci, ut glo.cit ad Eph. 5. super illud, Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, & tunc grauius est adulterium, tanto homo

quāto homini charior est uxor, quām res poffella.

**A**D SECUNDVM dicēdum, quod diabolus due tur maxime gaudere de peccato luxurie, q̄ est me

ximae adhæritia, & difficile ab eo homo poterit eni

pi. Insatiabilis est enim delectabilis appetitus, ut Philosophus dicit in 3. Eth.

**A**D TERTIVM dicēdum, quod sicut Philosophus dicit, † Turpius est esse incontinentem conce

scientia, quām incontinentem irā, quia minus pa

ticipat de ratione, & secundum hoc etiam dicit in

3. Eth. \* quod peccata intemperā sunt maxime ex probabilitia, q̄a sunt circa illas delectationes, q̄a sunt cōmunes nobis, & brutis, unde quodammodo per ista peccata homo brutalis redditur. & inde

est quod, sicut Greg. † dicit, sunt maioris infamia

#### ARTICVLVS VI.

Vtrum grantias peccatorum attendatur secundum causam peccati.

**A**D SEXTVM sic procedit. Videtur quod gra

tas peccatorum non attendatur secundum pe

cata cauia. Quanto enim peccati cauia fuerit me

ior, tanto uechementius mouet ad peccandum, &

¶ Prat.

2. 2. q. 6. 134.  
art. 3. & 4. di-  
9. art. 3. q. 6.  
cor. & di. 33.  
q. r. art. 3. q.  
2. ad 3. &  
ueris. q. 25.  
art. 6. ad 2.  
Et Pfa. 1. le.  
6. fin.

Cap. 6.

Cap. 31.

**A**¶ 2 Præt. Concupiscentia est generalis quedam causa peccati, unde dicit glo. super illud Rom. 7. \* Nā concupiscentiam nesciebam &c. Bona est lex, quæ dum concupiscentiam prohibet, omne malum prohibet: sed quanto homo fuerit nictus majori concupiscentia, tanto est minus peccatum, grauitas ergo peccati diminuitur ex magnitudine causæ.

**C**¶ 3 Præt. Sicut reætudo rationis est causa nictus, ita defectus rationis uidetur esse causa peccati: sed defectus rationis quanto fuerit maior, tanto est minus peccatum, tantum quod qui caret usu rationis, omnino excusat à peccato, & qui ex ignorantia peccat, leuius peccat. ergo grauitas peccati non augetur ex magnitudine causæ.

**B** SED CONTRA. Multiplicata causa, multiplicatur effectus. ergo si causa peccati maior fuerit, peccatum erit grauius.

**R**ESON. Dicendum, quod in genere peccati, si-cut & in quolibet alio genere, potest accipi duplex causæ. Una quæ est per se & propria causa peccati, quæ est ipsa uoluntas peccandi. comparatur enim ad actum peccati, sicut arbor ad fructum, ut dicitur in glo. super illud Matth. 7. \* Non potest arbor bona fructus malos facere, & huiusmodi causa quāto fuerit major, tanto peccatum erit grauius. Quanto enim voluntas fuerit maior ad peccandum, tanto homo grauius peccat. Aliæ uero causa peccati accipiuntur quasi extrinsece, & remote, ex quibus scilicet uoluntas inclinatur ad peccandum, & in his causis est distingueduntur. Quædam enim harum inducunt uoluntatem ad peccandum, secundum ipsam naturam uoluntatis, sicut finis, quod est proprium obiectum uoluntatis, & ex tali causa augetur peccatum. Grauius enim peccat, cuius uoluntas intentione peioris finis inclinatur ad peccandum. Aliæ uero causa sunt, quæ inclinant uoluntatem ad peccandum præter naturam, & ordinem ipsius uoluntatis, quæ nata est moueri libere ex scipia secundum iudicium rationis, unde causæ, quæ diminuunt iudicium rationis, sicut ignorantia, uel q̄ diminuunt liberum motum uoluntatis, sicut infirmitas, uel violentia, aut metus, aut aliquid huiusmodi, diminuant peccatum, sicut & diminuunt uoluntarium, instantum quod si actus sit omnino inuoluntarius, non habet rationem peccati.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de causa mouente extrinseca, quæ diminuit uoluntarium, cuius quidem causa augmentum diminuit peccatum, ut dictum est. \*

**A**D SECUNDVM dicendum, quod si sub concupiscentia includatur et ipse motus uoluntatis, sic ubi est maior concupiscentia, est maius peccatum. Si uero cōcupiscentia dicatur passio quædam, q̄ est motus uis cōcupisibilis, sic maior concupiscentia precedens iudicium rōnis, & motum uoluntatis diminuit peccatum: quia qui maior concupiscentia stimulatus peccat, cadit ex grauiori tentatione, unde minus ei imputatur. Si uero concupiscentia sic sumpta sequatur iudicium rōnis, & motum uoluntatis, sic ubi est maior concupiscentia, est maius peccatum. Insurgit. interdum maior concupiscentiae motus ex hoc, q̄ uoluntate ineffrenate tendit in suum obiectum.

**A**D TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de causa, quæ causa inuoluntarium, & hæc diminuit peccatum, ut dictum est. \*

#### ARTICVLVS VII.

Vtrum circumstantia agrauet peccatum,

**A**D SEPTIMVM sic proceditur. Viderur quod circumstantia non agrauet peccatum. Peccatum

enim habet grauitatem ex sua specie: circumstantia autem nō dat speciem peccato, cum sit quoddam accidentis eius. ergo grauitas peccati non consideratur ex circumstantia.

**C**¶ 2 Præt. Aut circumstantia est mala, aut non. si circumstantia mala est, ipsa per se causat quandam speciem mali: si uero non sit mala, non habet unde augeat malum. ergo circumstantia nullo modo auget peccatum.

**T**¶ 3 Præt. Malitia peccati est ex parte auerſionis: sed circumstantia consequuntur peccatum ex parte cōuerſionis. ergo non augent malitiam peccati.

**S**ED CONTRA est, quod ignorantia circumstantia diminuit peccatum. Qui enim peccat ex ignorantia circumstantia, meretur uenia, ut dicitur in 3. Eth. \* hoc autem non esset, nisi circumstantia agrauaret peccatum. ergo circumstantia peccatum agrauat.

**R**ESON. Dicendum, quod unumquodque ex eodem natum est augeri, ex quo causatur, sicut Philosophus dicit de habitu uirtutis in 2. Eth. \* Manifestum est, autem, quod peccatum causatur ex defectu aliquius circumstantia: ex hoc enim receditur ab ordine rationis, quod aliquis in operando non obseruat debitas circumstantias, unde manifestum est, quod peccatum natum est agrauari per circumstantiam. Sed hoc quidem contingit tripliciter. Vno quidem modo, in quantum circumstantia transfert in aliud genus peccati: sicut peccatum fornicationis consistit in hoc, quod homo accedit ad non suam. si autem addatur hæc circumstantia, ut illa ad quam accedit: sit alterius uxor, transfertur iam in aliud genus peccati, scilicet in iniustiam, in quantum homo usurpat rem alterius, & secundum hoc adulterium est grauius peccatum, quam fornicatio. Aliquando uero circumstantia non agrauat peccatum quasi trahens in aliud genus peccati, sed soli quia multiplicat rationem peccati, sicut si prodigus deret quando non debet, & cui non debet, multipliciter peccat eodem genere peccati, quam si soli det cui non debet, & ex hoc ipso peccatum fit grauius, sicut etiam agravitudo est grauior, quam plures partes corporis inficit. Vnde & Tullius dicit in \* Paradoxis, quod in patris uiru uolanda, multa peccantur. uiolarur enim is qui procreavit, qui aluit, qui erudit, qui in sedē, ac domo, atque in rem publicam collocauit. Tertio modo circumstantia agrauat peccatum ex eo, quod auger deformitatem prouenientem ex alia circumstantia, sicut accipere alienum constituit peccatum furti: si autem addatur hæc circumstantia, ut multum accipiat de alieno, erit peccatum grauius, quamvis accipere multum, uel parum de se nō dicat rationem boni, uel mali.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod aliqua circumstantia dat speciem actui morali, ut supra habitum est, \* & tamen circumstantia, quæ non dat speciem, potest agrauare peccatum, quia sicut bonitas rei non solum pensatur ex sua specie, sed etiam ex aliquo accidente, ita malitia actus non solum penitentia ex specie actus, sed etiam ex circumstantia.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod utroq; modo circumstantia potest agrauare peccatum. Si enim sit mala, non tamen propter hoc oportet quod cōstiruat speciem peccati: potest enim addere rationē malitiae in eadem specie, ut dictum est: \* si autem non sit mala, potest agrauare peccatum in ordine ad malitiam alterius circumstantia.

**A**D TERTIVM dicendum, q̄ rō debet ordinare actū non solū quantum ad obiectū, sed et quantum ad omnes circumstantias: & ideo auerſio q̄ data à regulâ rationis attenditur ē in corruptionem cuiuslibet circum-

Cap. 1. post  
med. tom. 5.

Cap. 1. & 2.  
tom. 5.

In Parad. 1.  
cuīs titulū  
et, Acqua-  
lia esse pec-  
cata.

q. 13. art. 10.

In corp. 21.

circumstantia, puta, si aliquis operetur quando nō debet, uel ubi non debet, & huiusmodi auersio sufficit ad rationem mali. hanc autem auerionem à regula rationis, sequitur auersio à Deo, cui debet homo per rectam rationem coniungi.

## ARTICVLVS VIII.

**¶** Super Questionis  
Septuaginta tertie  
Articulum oīauū.

2. 2. q. 34.  
art. 4. & q.  
73. art. 3. co.  
& q. 74. art.  
2. cor. & q.  
154. art. 4. &  
mal. q. 2. ar.  
10. cor.  
  
q. 20. art. 5.

**I**n articulo 8. eiusdem 173. quæst. dubium occurrit ex multis inter responsonem ad tertium, & membrum distinctionis in corpore articuli, procurans in primis confessum fornicationis, ita intendit documentum sicut fuit, ut supra dictum est. \* ergo peccatum non aggrauatur propter maius documentum. ¶ 2 Præt. Documentum maxime inuenitur in peccatis q̄ sunt contra proximum, quia sibi ipsi nemo uult nocere. Deo autem nemo pōt nocere, sicut illud Iob 35. Si multiplicata fuerint iniquitates tuę, quid facies cōtra illū? Homini, q̄ est simili tibi, nocebit impietas tua. si ergo pētū aggrauatur propter maius documentum, sequeretur quod peccatum quo quis peccat in proximum, est grauius peccato, quo quis peccat in Deum, uel in seipsum. ¶ 3 Præt. Maius documentum infertur alicui, cū priuat uita gratia, q̄ cum priuat uita naturae, quia uita gratiae est melior q̄ uita naturae, int̄stū quod homo debet uita naturae contempnere, ne amittat uitam gratiae: sed homo qui inducit aliquam mulierem ad fornicandum, quantū est de se, priuat ea uita gratiae, induces ea ad pētū mortale. si ergo peccatum est grauius pp maius documentum, sequeretur quod simplex fornicator grauius peccaret, q̄ homicida: qd est manifeste falsum. nō ergo pētū est grauius pp maius documentum, quod quecumq; per se sequuntur ad peccatum, permittit quemadmodum ad ipsam speciem peccati: & proprieate directe aggrauant peccatum. & intendit author etiam de consequentiis, non efficaciter, sed sufficienter, quantum est ex parte agentis, ut patet in exemplo de sandalo. Si enim hoc ceterū, sequitur quod procurans fornicationem aggrauatur animo nocēdi alteri, ut homicida, uel fur. & tunc directe quantitas documenti adauget graui-

Capit. 4. cir.  
ca. fin. 10. 5.

**V**erum grauitas peccati augeatur secundum mains documentum.

**A** DOCTAVVM sic procedit. Vñ quod grauitas peccati non augeatur fm maius documentum. Documentum enim est quidam eventus cōsequens actū peccati: sed eventus sequēs non addit ad bonitatem, uel malitiam actus, ut supra dictum est. \* ergo peccatum non aggrauatur propter maius documentum.

¶ 2 Præt. Documentum maxime inuenitur in peccatis q̄ sunt contra proximum, quia sibi ipsi nemo uult nocere: Deo autem nemo pōt nocere, sicut illud Iob 35. Si multiplicata fuerint iniquitates tuę, quid facies cōtra illū? Homini, q̄ est simili tibi, nocebit impietas tua. si ergo pētū aggrauatur propter maius documentum, sequeretur quod peccatum quo quis peccat in proximum, est grauius peccato, quo quis peccat in Deum, uel in seipsum. ¶ 3 Præt. Maius documentum infertur alicui, cū priuat uita gratia, q̄ cum priuat uita naturae, quia uita gratiae est melior q̄ uita naturae, int̄stū quod homo debet uita naturae contempnere, ne amittat uitam gratiae: sed homo qui inducit aliquam mulierem ad fornicandum, quantū est de se, priuat ea uita gratiae, induces ea ad pētū mortale. si ergo peccatum est grauius pp maius documentum, sequeretur quod simplex fornicator grauius peccaret, q̄ homicida: qd est manifeste falsum. nō ergo pētū est grauius pp maius documentum, quod quecumq; per se sequuntur ad peccatum, permittit quemadmodum ad ipsam speciem peccati, sicut si aliquis currentis ad occidentem, impingat, & laedat sibi pedē. Si vero tale documentum per se cōsequatur ad actū peccati, sicut forte, nec sit præsum, nec intentum, tunc maius documentum non facit grauius peccatum: sed econverso grauius peccatum inducit grauius documentum, sicut aliquis infidelis, qui nihil audiuit de penitentia, grauiorem penam in inferno patietur pro peccato homicidiij, quam pro peccato furti. quia enim hoc nec int̄dit, nec præuidit, nō aggrauatur ex hoc peccatum, sicut contingit circa fideli, qui ex hoc ipso vñ peccare grauius, quod maiores penas cōtemnit. vñ implet voluntate peccati, sed grauitas hīmōi documenti solum causatur ex grauitate peccati.

## ARTIC. VIII.

Fatatem peccati, quia tūc nocūmē tum est per se obiectum peccati. Quandoq; autem nocūmē tum est præsum, sed non intentū, sicut cum aliquis transiens per agrum ut compendiosius uadat ad fornicandum, infert nocūmē tum his, q̄ sunt seminata in agro scienter, licet non animo nocēdi, & sic ēt quantitas nocūmē tum aggrauat peccatum, sed indirecte, inquantum sex voluntate multum inclinata ad peccandum procedit, quod aliquis non prætermittat facere damnum sibi, vel alij, quod simpliciter nō vellet. Qñque autem documentum, nec est præsum, nec intentum, & tunc si per accidens se habeat ad peccatum, non aggrauat peccatum directe, sed propter negligētiā cōiderāti nocūmēta, quæ consequi possent, imputantur homini ad penam mala, quæ eueniūt præter eius intentionē, si dabat operam rei illicitae. Si vero rō nocūmē tum per se sequatur ex actū peccati, licet non sit intentum, nec præsum, directe peccatum aggrauat, quia quemq; per se consequuntur ad peccatum, pertinent quodammodo ad ipsam peccati specie, puta, si aliquis publice fornicatur, sequitur scandalū plurimorum, quod quamvis ipse nō intentat, nec forte præuidat direcēte, per hoc aggrauatur peccatum aliter tñ vñ se habere circa documentum penale, quod incurrit ipse qui peccat. Huiusmodi autem documentum si per accidens se habeat ad actū peccati, & nō sit præsum, nec intentum, non aggrauat peccatum, neque sequitur maiorem grauitatem peccati, sicut si aliquis currentis ad occidentem, impingat, & laedat sibi pedē. Si vero tale documentum per se cōsequatur ad actū peccati, sicut forte, nec sit præsum, nec intentum, tunc maius documentum non facit grauius peccatum: sed econverso grauius peccatum inducit grauius documentum, sicut aliquis infidelis, qui nihil audiuit de penitentia, grauiorem penam in inferno patietur pro peccato homicidiij, quam pro peccato furti. quia enim hoc nec int̄dit, nec præuidit, nō aggrauatur ex hoc peccatum, sicut contingit circa fideli, qui ex hoc ipso vñ peccare grauius, quod maiores penas cōtemnit. vñ implet voluntate peccati, sed grauitas hīmōi documenti solum causatur ex grauitate peccati.

niam per se certa  
quitur ad eam pe-  
ccatum sufficiens  
quoniam et ex pe-  
re procuratis, quae  
uis non efficaces  
Et si mors uita pro-  
tualis non impinge-  
tur procuratis, si  
li, quomodo scandi-  
lum non præsum-  
nec intentum, ne-  
putabatur fornicatio  
publice?

¶ Ad. enidem in  
rum sc̄iendum el-  
quid, ut ex pre-  
dibitis articulis  
et, grauitas pen-  
ti est duplex, que-  
dam substantiale, si  
ita attenditur pena  
per se primo ob-  
iectum: & quidam  
circumstancia, & hec est multum  
nam quidam con-  
quirit directe ad ob-  
iectum, quidam in-  
recte: quidam lo-  
perentur, & quidam  
comitatur: & mis-  
tis breueris modis  
accidens grauita-  
riat, sicut oīem  
accidentia. In po-  
posito autem, qui  
argumentum tenet  
inferebat, quidam  
documentum non  
aggrauare, quidam  
fornicator procurans  
grauius peccatum,  
qui am homicida  
argumentum non  
a grauitate ad ge-  
nitatem substan-  
tialiter, & facti-  
in, proprieatis que-  
fornicatio etiam pro-  
curans substan-  
tialiter non relipit  
cum documentum non  
aggrauare, quidam  
fornicator procurans  
grauius peccatum, unde  
autem sic. Ve-  
de ad. primam ob-  
iectum dicere  
quid ferme est  
per se primo ob-  
iectum, ut illi  
quid est obiectum  
unde confirmare  
specie, & substan-  
tialiter grauitate  
peccatum: unde per  
primo intentum  
ris ut, sic, non  
utlicas proprias  
cer haec sit prima  
intentio homini  
dilecta, &c. con. 3  
qui furar,  
et res aliena  
cut adulterii, mar-  
itali, uel  
paret damnum  
uel iniuriam  
rius cadere sibi pe-  
maria interiore pe-  
cantis, quādis  
etius, & grādis  
intencio

intentione furis caderet documentum, si non per propriam utilitatem, sed foliū ut noceat aliter, tunc enim plenum est: documentū plenum est furum, non sic aut est de hoc fornicariō: quoniam obiectū eius unde habet ipsiciem, & substantialē grauitatē, et mulier grauitatē, tunc trahenda ad voluntarium coitum extra matrimonium, ubi pater non intendit tam ab homine queant delectationem, quam a peccate quarencie eandem in non sua documentū spiritualis mortis. Veritatem est, quod si talis intenderet ideo mulierem ad fornicationē provocare, ut peccaret mortaliter, quod grauius peccaret, quia homicida: quia obiectū talis est ipsum non carnem suum mortis spiritualis illius, nec hoc effet peccati fornicationē, sed effet pētinendi, quod scandalū atque directe oppositum chaniat, quia amorem uitam spiritualē p̄sumi, & procuramus istam: & iste effet scient qui fornicatur, ut occidat.

**A**d secundum uero dī, quod documentum spiritualis moris in procurate fornicationē effet pūsum, non minus quod documentum feminum in casu posito, & concedo quod non minus agrauat, q̄ il lud: sed sicut illud non pertinet ad speciem peccati, nec mutat illam, quia est præter intentionem: ita nec hoc, & conceduntur nihilominus, q̄ documentum spiritualis moris in hoc casu p̄ se consequitur ad actū peccati non minus. q̄ lādālū ad fornicationē publicē: ac p̄ hoc quod directe agrātū, tale peccatum, non in dat, aut murat speciem nec hic, nec ibiqua est præter intentionem, sed est effecit, per se confitens utrobius. Ad ultimam instantiam pētinendi, q̄ ibi allata omnino tunc bene dicta, & ut iam patet, concedendum est, q̄ peccatum procurans est grauius directe ex ilato documentū, q̄ si fornicatus fuerit absque inductione illius; secundū huius oppositum

**A**d primū ergo dicendum, quod sicut etiam supradictum est, \* cum de bonitate & malitia exteriorum actū ageretur, eventus sequens si sit præuisus & intētus, addit ad bonitatē, uel malitiam actū.

**A**d secundū dicendum, quod quamvis documentū aggrauet pētinē, non in sequitur q̄ ex solo documento pētinē aggrauet: quinimmo pētinē per se est grauius pp inordinationem, ut supradictum est. \* unde & ipsum documentū aggrauat peccatum, in quantum facit actū esse magis inordinatum: unde non sequitur, q̄ si documentum maxime habeat locum in peccatis, q̄ sunt contra proximum, q̄ illa peccata sunt grauissima; quia multo maior inordinatio inuenitur in peccatis q̄ sunt cōtra Deū, & in quibūdam eorum, q̄ sunt contra ipsum. Et tñ potest dici, q̄ etsi Deo nullus possit nocere quantum ad eius substantiam: potest in documentū attenare in his quae Dei sunt, sicut extirpando fidem, uiolando sacra, quae sunt peccata grauissima. Sibi etiam aliquis quandoque scienter, & violenter infert documentum: sicut patet in his qui se intermunt, licet finaliter hoc referant ad aliquod bonum appartenens, puta, ad hoc quod liberatur ab aliqua angustia.

**A**d tertium dicendum, quod illa ratio non sequit p̄ duo. Primo quidē, quia homicida intendit directe documentū proximi: fornicator autē qui prouocat mulierē, non intendit documentum, sed delectationē. Secundo, quia homicida est per se, & sufficiens causa corporalis mortis: spiritualis autē mortis nullus p̄ est alteri causa p̄ se & sufficiens: quia nullus spiritualiter moritur, nisi propria uoluntate peccando.

## ARTICVLVS IX.

Vtrum peccatum aggrauetur ratione personae, in quam peccatur.

**A**tio personae, in quam peccat nō aggrauat peccatum.  
**P**rat. Si conditio personae aggrauaret peccatum, maxime aggrauaret ex propinquitate, q̄ sicut Tullius dicit in Paradoxis, \* In seruo necando semel peccatur, in patris uita uiolanda multa peccantur, sed propinquitas personae, in quam peccatur, non uidetur aggrauare peccatum, quia unusquisque fibi p̄ maxi me est propinquus, & tamē minus peccat, qui aliquid damnum sibi infert, quād si inferret alteri, puta, si occideret equum suū, quād si occideret equum alterius, ut pater per Philosophum in 5. Ethic. \* ergo propinquitas personae non aggrauat peccatum.  
**P**rat. Conditio personae peccantis præcipue aggrauat peccatum ratione dignitatis, uel scientia, secundum illud Sap. 6. Potentes potenter tormenta patiēt. Et Lnc. 12. Seruus sciens uoluntatem domini, & non faciens, plagis uapulabit multis. ergo pati ratione ex parte personae in quam peccatur, magis aggrauet peccatum dignitas, aut scientia personae in quam peccatur, sed non uidetur grauius peccare, q̄ facit iniuriam personae ditioni, uel potentiori, quād allicui pauperi, quia non est personarum acceptio apud Deum, secundum cuius iudicium grauitas peccati pensatur. ergo conditio personae in quam peccatur, non aggrauat pētinē.

**S**ED CONTRA est, quod in sacra Scriptura specia liter uituperatur peccatum, quod cōtra seruos Dei cōmittitur: sicut dicitur 3. Reg. 19. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio. Vituperatur etiam maxime peccatum cōmissum in personas propinquas, secundum illud Michæl. 7. Filius contumeliam facit patri, filia consurgit ad uerū matrem suam. Vituperatur etiā specialiter peccatum, quod committitur in personas in dignitate constitutas, ut patet Job 34. Qui dicit regi Apostata, qui uocat duces impios. ergo conditio personae in quam peccatur, aggrauat peccatum.

**R**ESPON. Dicendum, quod persona, in quam peccatur, est quodammodo obiectum peccati. Dicitum est autem supra, \* quod prima grauitas peccati attendit ex parte obiecti, ex quo quidem tanto attendit major grauitas in peccato, quanto obiectum eius est principalior finis. Fines autē principales humanorum actū sunt Deus ipse, homo, & proximus. quicquid enim facimus, propter aliquod horum facimus, quamvis etiam horum triū unū sub altero ordinetur. Potest igitur ex parte horum triū considerari major, uel minor grauitas in peccato secundum conditionem personae, in quam peccatur. Primo quidem ex parte Dei, cui tanto magis aliquis homo coniungitur, quanto est uirtuosior, uel Deo sacratori, & ideo iniuria tali persona illata magis redundat in Deum, secundum illud Zach. 2. Qui uos tetigerit, tangit pupillam oculi mei. Vnde peccatum sit grauius ex hoc, quod peccatur

In Parad. 3.  
& speciem, ac grauitatem substancialē, q̄ homicida intendit  
et, aequalia esse virtutis, à  
med. illius.

Cap. ult. à  
medio to 5.

## QVAEST. LXXIII.

catur in personam magis Deo coniunctam, uel ratione uirtutis, uel ratione officij. Ex parte etiam sui ipsius manifestum est, quod tanto aliquis grauius peccat, quanto aliquis magis in coniunctam personam seu naturali necessitudine, seu beneficijs, seu quacumque coniunctione peccauerit, quia uidetur in seipsum magis peccare, & pro tanto grauius peccat secundum illud Eccles. 14. Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Ex parte uero proximi, tanto grauius peccatur, quanto peccati plures tangit, & ideo peccatum quod sit in personam publicam, puta regem, uel principem, q[ui] gerit personam totius multitudinis, est grauius quam peccatum quod committitur contra unam personam priuatam. vnde specialiter dicitur Exod. 22. Principi populi tui non maledicces. Et similiter iniuria quae fit alicui famosa persona, uidetur esse grauior ex hoc, quod in scandalum, & in tribulationem plurimum redundat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ille qui infert iniuriam uirtuoso, quantum est in se, turbat cum & interius, & exterius: sed quod iste interius non turbetur, contingit ex eius bonitate, qua non diminuit peccatum iniuriantibus.

AD SECUNDVM dicendum, quod nocumentum, quod quis sibi ipsi infert in his, quae sublunt dominio propriæ uoluntatis, sicut in rebus possessis, habet minus de peccato quam si alteri inferatur, quia propria uoluntate hoc agit: sed in his quae non subduntur dominio uoluntatis, sicut sunt naturalia, & spiritualia bona, est grauius peccatum nocumentum sibi ipsi infere. grauius enim peccat qui occidit seipsum, quam qui occidit alterum. Sed quia res propinquorum nostrorum non subduntur uoluntatis nostræ domino, non procedit ratio quantum ad documenta rebus illorum illata, quod circa ea minus peccetur, nisi forte uelint, uel ratum habeant.

AD TERTIVM dicendum, quod non est acceptio personarum, si Deus grauius puniit peccatum contra excellentiores personas: hoc enim fit propter hoc, quod hoc redundat in plurimum nocumentum.

## ARTICVLVS X.

Vtrum magnitudo personæ peccantis agrauet peccatum.

Intra q. 89.  
art. 3. & 5.  
cor. & q. 102  
art. 3. ad 11.  
& 3. 2. q. 6.  
100. art. 1. ad  
7. & Mal. q.  
7. art. 10. q.  
5. Et Psa. 24.

**A**D DECIMVM sic proceditur. Videtur quod magnitudo personæ peccantis non agrauet peccatum. Homo enim maxime redditur magnus ex hoc quod Deo adhæret, secundum illud Eccles. 25. Quam magnus est qui inuenit sapientiam & scientiam! sed non est super timentem Deum: sed quanto aliquis magis Deo adhæret, tanto minus imputatur ei aliquid ad peccatum. Dicitur enim 2. Paral. 30. Dominus bonus propitabitur cunctis, qui in toto corde requirunt dominum Deum patrum suorum, & non imputabitur eis, quod minus sanctificati sunt. ergo peccatum non agrauetur ex magnitudine personæ peccantis.

¶ 2 Præt. Non est personarum acceptio apud Deum, ut dicitur Rom. 2. ergo non magis puniit pro uno & eodem peccato unum, quam alium. non ergo agrauetur peccatum ex magnitudine personæ peccantis.

¶ 3 Præt. Nullus debet ex bono incommodum reportare: reportaret autem si id quod agit, magis ci

## ARTIC. X.

F imputaretur ad culpam. ergo propter magnitudinem personæ peccantis non agrauetur peccatum.

SED CONTRA est, quod Istd. dicit in 2. de summo bono, \* Tanto maius cognoscitur peccatum esse, quanto maior qui peccat, haberur.

RESPON. Dicendum, quod duplex est peccatum. Quoddam enim ex subreptione proveniens propter infirmitatem humanæ nature, & tale peccatum minus imputatur ei qui est maior in ueritate, eo quod minus negligit huiusmodi peccata reprimere, quæ tamen omnino subterfugere infinitas humana non sinit; alia uero peccata tanto magis alicui imputantur, quanto maior est, & hoc est propter quatuor. Primo quidem, quibus ciliis possunt resistere peccato maiores, puta, qui excedunt in scientia, & uirtute, vnde Dominus dicit Luc. 12. quod seruus sciens uoluntatem domini sui, & non faciens, plagi uapulabit multis Secundo propter ingratitudinem, quia omne bonum quo aliquis magnificatur, est Dei beneficium, cui homo fit ingratus peccando, & quantum adhuc ad quilibet majoritas etiam in temporalibus bonis, peccatum agrauat, secundum illud Sap. 6. Potentes potenter tormenta patientur. Tertio propter speciale repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personæ, sicut si princeps infinita uoluntate, qui ponitur iustitia custos, & si fæcderos formatur, qui castitatem uouit. Quarto propter exemplum, siue scandalum, quia ut Greg. \* dicit in pastorali, In exemplari culpa uehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur, ad plurimum etiam notitiam peruenient peccata magnorum, & magis homines ea indiguerunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod auctoritas la loquitur de his, quae per subreptionem infinitis humanae negligenter aguntur.

AD SECUNDVM dicendum, quod Deus non accipit personas, si maiores plus puniunt, quia ipsorum minoritas facit ad grauitatem peccati, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod homo in auctoritate non reportat incommodum ex bono quod habet, sed ex malo usu illius.

## QVAESTIO LXXIIII.

De subiecto peccatorum, in decem articulos diuisa.

¶ Super Quæst. Septuaginta. cap. 10. & 11.

**D**EINDE considerandum est de subiecto uitiorum, siue peccatorum. ET CIRCA hoc quæruntur decem.

¶ Primò, Vtrum uoluntas possit esse subiectum peccati.

¶ Secundò, Vtrum uoluntas sola sit peccari subiectum.

¶ Tertiò, Vtrum sensualitas possit esse subiectum peccati.

¶ Quartò, Vtrum possit esse subiectum peccati mortalism.

¶ Quintò, Vtrum ratio possit esse subiectum peccati.

¶ Sextò, Vtrum delectatio morosa, uel non morosa sit in ratione inferiorum, sicut in subiecto.

¶ Septimò, Vtrum peccatum co-

IN articulo 1. dubium est de illa propria medietate. Omnes sunt mortales, sicut animales. Hanc proprieatem determinat. Et uide doctrina superiora, datam de bonitate, & malitia morali actionum exteriorum, & ueritate, item quam communem proportionem, dum proportiones, humanitatem, & alia humanitatem, & di actus mortales, & malos uicinii.

¶ Ad hoc dicunt, quod prædicta proportionem nec uicinum, dum proportiones, humanitatem, & alia humanitatem, & di actus mortales, & malos uicinii.

¶ Ad hoc dicunt, quod prædicta proportionem nec uicinum, dum proportiones, humanitatem, & alia humanitatem, & di actus mortales, & malos uicinii.

¶ Ad hoc dicunt, quod prædicta proportionem nec uicinum, dum proportiones, humanitatem, & alia humanitatem, & di actus mortales, & malos uicinii.